non caput modo, sed scapulas, sed tibias, sed totum corpus, proba
me nunc militem, experiere bonum, hui ne discipulum tuum
exerceri placido amne vultu, hae sentes sint mihi deliciae, hae
rosarum sponda aurea, haec purpura Regalis; dixit, et ut Heros in-
trepidus constansque, (audite stupendum) fortissimusque Adolescentis
lectum, in extentos, quos iuxta vidit spinarum vepriumque aculeos
reformidante natura, perhorrescente, reluctanteque carnis mollitie Ve-
neri, oculisque insultans, rigidus sui ultor, vi impetuque infigit, cruo-
re hinc inde defluente non secus atque Triumphatori sublime in
curru triumphali pompas superbissima circumvectus opima spolia
victoriaeque signa magnifice dependentia defluentque: Tum illa
egregia (si Diis placet) Idalii Regina indolere, ab huius ota-
tii adolescente, illius nimirum, in qua ipsa mollibus quiescere, blan-
ditiis ludere, sed et perniciosius laedere, veracius dominari, imo Tyran-
nidem exercere solita, a tali inquam Adolescente se devictam
lugere, denique illius animum turpi suffusa rubore deserere cepit
siqueque tenus levissima in ventum abiit, cum verso diis malesuada
evanuitque Cupido, sic saepe videmus fuga meditatos, sed reversos
viribus animisque resumptis firmius hosti insistere, constantius pro-
pugnare, gloriosissime vincere, contra victorem Exercitum
a nova hostium manu impetitum rubere, pariterque in iras
excandescere, cum, quam iam iam sibi, cruentam licet, pepererat
victoriam hosti relinquere, tergaque vertere cogitur; Sic Lupum
cum agnum sibi e faucibus ereptum a pastoribus cernit, efferari
maxime, sic indignari pallere experimur avarum, cum aliquam mer

merca: